



Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Expenduntur tres alij Scripturæ loci, quibus hæc eadem veritas probari
solet. c. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

ibid.

inquit Paulus, *Quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam vero prophetas, &c.* Quibus verbis varia Ecclesie membrorum munera indicat. Cum igitur meritis huius vitæ præmium alterius respondeat; cumque in hac Ecclesia militanti Christus varia merita communicauerit; sequitur varia quoque, & disparia præmia in beatitudine referuasse.

1. Corin. 15.
Pauli locus
de resurrectione
exponitur.

Chrysost.
Theodoret.
Theophyl.
Oecumen.
Primasius.
Beda.
Hieronym.
Augustin.

Est tertius locus quo iuxta omnium Græcorum, & Latinorum Patrum interpretationem, hæc eadem veritas videtur exprella: ibi enim loquens Paulus de futura corporum resurrectione, quam aliqui impossibilem esse putarunt, inquit: *Alia claritas Solis, alia claritas Lune, & alia claritas Stellarum: Stella enim à stella differt in claritate, sic erit resurrectio mortuorum.* Quem locum præter Chrysostomum, Theodoretum, Theophylactum, Oecumenium, Primasium, & Bedam, aliosque Latinos Patres, in eum sensum intellexerunt Hieronymus. 2. lib. contra Iovinianum, & Augustinus. lib. de Sancta virginitate c. 26. ut probarent disparia futura meritum præmia in alia vita: quorum expositio mihi maxime placet. Cum enim Paulus ibi egisset de futura corporum resurrectione, proposuit dubitationem his verbis: *Sed dicit aliquis quomodo resurgunt mortui: & respondet hoc modo: Inspiciens tu quod seminas, non vides, nisi prius moriatur: & quod seminas, non corpus, quod futurum est. seminas, sed nudum granum; ut puta tritici, aut alius cuius ceterorum: Deus autem dat illi corpus sicut vult, unicuique quantum proprium corpus: ergo hoc exemplo ostendit Deo non esse impossibile, post mortem corporis nostri iterum nos ad vitam reuocare, & dare nobis corpus, & vitam prout semina meritum postulauerint.*

Deinde ostendit diuersitatem corporum à Deo posse produci, his verbis. *Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, &c.* Et hæc in animalibus: in alijs vero hoc modo, *Et corpora caelestia, & corpora terrestria, supple sunt: Sed alia quidem caelestium gloria: hoc est pulchritudo) alia autem terrestrium: alia claritas Solis: alia claritas Lune, & alia claritas stellarum: stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* Quorum autem Paulus dixisset Deum tribuere semini corpus, unicuique secundum propriam virtutem, & tantam corporum varietatem à Deo factam ostendisset, ut inde declararet resurrectionem mortuorum, dicens, *Sic & resurrectio mortuorum, nisi in ea vellet meritum, & glorie diuersitatem declarare?* Bene video deinde Paulum, cum exemplum, quod adduxit de semine, applicat resurrectioni, solum in eo comparisonem obseruasse, quod seminatur morte corpus animale, resurget autem spirituale, hoc est, immortale, ut ex sequentibus verbis constat: nunquam vero ad diuersitatem meritum exemplum accommodasse, ac proinde dicere posset aliquis, illam corporum varietatem adductam solum fuisse à Paulo, ut ostenderet Dei sapientiam, & omnipotentiam, qui nouit tot, tamque diuersa corpora rebus diuersi, imo eiusdem generis creare: ut ita suaderet, posse quoque Deum corpus animale, & mortale, quod in hac vita moritur, & morte ipsa quasi seminatur, in incorruptionem proferre: verum prior expositio, præsertim quod Patrum auctoritate roborata, & confirmata sit, mihi magis probatur. Hanc eandem Catholicam veritatem tradunt Patres, quos hæcenus citauimus: argumenta vero, quæ contra eam fieri solent, inferius soluentur.

Expenduntur tres alij Scripturæ loci, quibus hæc eadem veritas probari solet.

Præter hæc Scripturæ testimonia, alia quoque adducit Hieronymus in dialogo citato, quæ si recte quis consideret, non ita efficacia videbuntur: ex quibus tria tantum placuit referre. Primus est *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum.* Vbi autem minimus est, maior esse debet: ergo non omnes sunt æquales in regno caelorum. Ceterum, ut sequenti edicemus, eo loco Christus voluit, non significauit, huiusmodi Doctorem futurum quidem in gloria caelesti, in infimo tamen gradu: sed minimus dixit: hoc est, nullo modo admittendum, nec inierit filios connumerandum: loquitur enim de eo, qui docuerit, sed non seruauerit totam legem: hic autem proculdubio non est futurus particeps caelestis beatitudinis: quare ex illo loco nihil probari potest.

Sed obijciat aliquis, eo loco sermonem esse de præceptis minimis, quorum transgressio solum est veniale peccatum, & de his dixisse Christum, *Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum.* Hoc est, minus habebit præmij in beatitudine. Hæc tamen expositio vera esse non potest: nam magnitudo præmij ex magnitudine, & multitudine meritorum, & gratiæ pensari debet: contingere autem potest, ut qui soluerit vnum de mandatis minimis, hoc est obligantibus solum ad veniale, habeat maiora merita, & plus gratiæ, quam alij, qui non soluerint: sic autem non erit inferior in beatitudine, sed multo maior, postquam in purgatorio soluerit penas.

Secundus locus est *Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo:* Ergo si in regno caelorum, hoc est, in æterna beatitudine est aliquis minor, qui comparatus Ioanni, maior est illo, sequitur non omnes futuros æquales in beatitudine. Verum illis verbis non fuisse Christum locutum de sanctitate Ioannis apud Deum, cum ipsum comparat ceteris natis ex mulieribus, nec in sanctitate ipsum ceteris omnibus prætulisse, aut asseruisse nullum ipsi præferendum, existimat Iansenius in c. 47. Concordiæ Euangelicæ: tamen si eodem capite alijs verbis sanctitatem Ioannis Christum prædicauerit: idque constat manifeste ex contextu Luc. 7. cap. Dico vobis, maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est: & quauis aliqui Græci in Luca etiam non addant particulam, *προφητης* Latine Propheta, tamen vulgatus codex latinus emendatus eam ponit, & contextus eam postulare videtur, in dignitate igitur Prophetæ Christum Ioannem alijs præfert, non in meritis, & sanctitate apud Deum, quam quidem dignitatem exprimebat volens, paulo ante vocauerat ipsum plusquam Prophetam, quod non tantum spiritu prophetico nouisset, Christum esse verum Messiam, cum antea non vidisset, sed etiam digito monstrasset. Id autem quod statim subdit, & instituto Hieronymi seruire videbatur, *Qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo,* non eodem modo omnes interpretantur. Quidam enim de Angelis, qui tunc erant in regno beatitudinis intelligunt, ut sit sensus;

sus; minor qui est nunc in beatitudine, sanctior est, quam Ioannes, & hic sensus optime Hieronymo deservire possit. Hanc interpretationem assertit August. lib. 2. contra adversarium legis ca. 5. & Ambros. in eum locum Luc. 7. & Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 28. numer. 262. nisi quod Tertullianus, ut notavit Pamelius, eodem loco, alia cum distincte punctorum legit in hunc modum, *Qui minor seu modicus est*, scilicet humilitate in hac vita, in regno celorum maior est illo, videlicet Ioanne Baptista in hac vita degente.

Huic tamen expositioni obstat id, quod diximus, & ex textu Lucæ manifeste comprobamus, videlicet eo loco non comparari Ioannem ceteris natis ex mulieribus in sanctitate, sed in prophetiæ excellentia: quare quod subditur, *Qui minor est in regno celorum, maior est illo*, eodem quoque modo intelligi debet: nempe non de gradu sanctitatis, sed reuelationis, & scientiæ mysteriorum: sic autem non probat id, quod Hieron. contendit: nam cum equali præmio beatitudinis, quod in notitia clara Dei consistit, posset unus plura nosse mysteria, quam alius ex peculiari reuelatione, ut disput. 50. per se ipsum fieri.

Alij vero illud, *Qui minor est in regno celorum*, referunt ad ipsum Christum, qui loquebatur, & ita fiat comparatio in dono prophetiæ, & mysteriorum cognitione, siue etiam sanctitate, optime dicitur, *Maiores illi*, id est Ioanne Baptista: hoc modo intelligit illud Tertull. & August. locis citatis. & idem August. tract. 13. in Ioann. Beda in illud Luc. 7. bryf. Theophyl. & Euthymius in illud Matth. 11. runc autem, sicut admonet Beda, & recte docuit Pamelius loco citato, ex sententia Tertull. legendum est cum hac distinct. *Qui autem minor est, in regno celorum maior est illo*. Dicitur autem Christus minor, vel ætate, vel etiam dignitate, & sanctitate, opinione vulgi, ut prædicti auctores notarunt: iuxta hanc vero expositionem Hieronymus ex illo loco nihil colligere potest, ut satis liquet.

Sed neque quidquam ex illo loco probabitur, si sequamur tertiam aliam interpretationem, quæ mihi literæ satis consona videtur: ut Christus illis verbis, tantum comparauerit Ioannem in dignitate prophetandi, & explicandi mysteria, prophetæ, qui ipsum præcesserunt: sic autem cum dicit, *Non surrexit maior*, non solum negat, alium Ioanne fuisse maiorem; sed etiam indicare videtur, ipsum Ioannem ceteris fuisse præstantiorem: eo enim vulgari modo loquendi maiorem, & præstantiorem significare consuevimus: quem sensum confirmat id, quod præcesserunt: *Sed quid existis videre?*

Prophetam: etiam dico vobis & plusquam prophetam: vidit enim Ioannes, & digito monstravit solo spiritu prophetico edoctus eum, quem ceteri prædixerunt, & videre desiderarunt, sed non viderunt: merito igitur dicitur maior ceteris omnibus prophetis. Porro autem in dono, & dignitate prophetiæ Ioannem solum ceteris præferri, iam ex textu Lucæ demonstrauimus: cum vero dicitur, *Qui autem minor est in regno celorum, maior est illo*, utique intelligitur in eodem dono prophetandi: regnum autem celorum non beatitudinis patriam: sed prædicationem legis evangelicæ futuram denotat. Minor itaque ex Christi Apostolis, & discipulis, qui & donec explicandi, & prædicandi mysteria nostræ fidei evangelicæ propheta futurus erat, præferatur Ioanni, non in sanctitate: sed in dono cognoscen-

di, & explicandi mysteria. Multo namque plura mysteria post mortem Ioannis explicanda erant Christiano populo, quam Ioannes exposuit, dignitas autem prophete non ex sola prædictione futurorum, sed ex mysteriorum etiam explanatione pensari debet, imo & prophetia, & propheta in hac significatione vsurpatur priori ad Cor. c. 14.

Denique per regnum celorum significari prædicationem legis evangelicæ, non solum ex aliis locis Evangelij, sed ex eodem cap. Matth. 11. manifeste colligitur, etenim Luc. 8. regnum Dei comparatur homini qui dum seminat, partem seminis inter spinas proiecit. Namque post adductam parabolam dixit Christus ad discipulos suos, *Vobis datum est nosse mysterium regni dei*, quod scilicet latebat, in ea parabola autem indicabat euentum evangelicæ prædicationis futuræ Et cap. 9. eadem prædicatione vocatur regnum dei Matth. 10. dicitur regnum celorum illis verbis, *Appropinquauit regnum celorum*, & Lucæ 10. *Appropinquauit in vos regnum Dei*: sed Matth. 11. cum de eodem Ioanne Christus loqueretur dixit, *A diebus Ioannis Baptiste regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Nam Christus non significauit, eos, qui regnum celorum, hoc est beatitudinem, adepturi erant, debere suis inordinatis affectibus vim inferre: sicut enim impropria locutio, aliud enim est vim inferre sibi, aliud autem vim inferre regno celorum.

Sensus igitur est, à prædicatione Ioannis Baptiste, qui ad evangelicam prædicationem viam præparauit, & ideo dicitur plusquam propheta, & Angelus, quem Dominus misit ante faciem Christi, quo non surrexit maior, multos contendere toto conatu prædicationem evangelicam audire, atque persequentes, & fortes (quos violentos appellat Matthæus, eam amplecti. Quem sane sensum expressit nobis Lucas cap. 10. his verbis, *Lex, & propheta vsque ad Ioannem (supple) Evangelicam prædicationem prædixerunt*, sic enim Matthæus ca. 11. de Ioanne dixit, *Omnes enim propheta, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt*: ille enim auctorem evangelij digito ostendit: quare in eo omnis prædictio Christi cessauit. Ex eo (scilicet Ioanne) Regnum Dei euangelizatur, hoc est non prædicatur, sed annuntiatur, & omnis in illud vim facit. Matthæus vero dixit, *Vim patitur*.

Tertius locus, quem etiam adducit Hieronymus contra Iovinianum est. *Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita in Christo omnes viuificantur*, unusquisque in suo ordine: agebar autem Paulus, ut paulo ante vidimus, de resurrectione: ergo cum dicat, unusquisque in suo ordine, sequitur non omnes æquales futuros: ordo enim est habitudo plurimum ad vnum primum: ac proinde aliqua debet esse inter eos diuersitas. Hunc tamen locum ceteri Patres interpretantur hoc modo; Chrysost. Theod. & Theophyl. referunt illum ordinem ad bonos, & malos, qui in diuerso ordine sunt constituendi: mali enim à sinistris, boni autem à dextris collocabuntur.

Sed magis textui videtur quadrare expositio Oecumenij, & Primasij, qui dicunt, ordinem illum constituendum esse inter Christum, qui surrexit, & ceteros, qui in ipso suscitandi sunt. Cum enim dixisset omnes in Christo viuificandos, statim addit: *Vnusquisque in ordine suo*: proxime vero subiungit: *primitus Christus: deinde ij, qui sunt Christi, qui in aduentum eius crederent: deinde finis*. In hoc

1. ad Corint.

Regnum celorum euangelij prædicationem significat.

Matth. 11. Luca 8.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

hoc igitur ordinem assignat, ut Christus primus surrexerit, & tempore, & dignitate, sicut ait Primarius: deinde resurgant iusti, & tandem sequatur mundi consumptio. Nullus tamen, quod ego legimus, ex Patribus illud in ordine suo, refert ad diuersitatem premiorum, quæ iustis ob ipsorum merita sunt destinata, præter Hieron. quare ex illo loco nihil ipse probare potest: mitto alia testimonia minoris quidem momenti, nam & singula perfectius, molestum esset.

CAP. V. III.

Quid Patres sentiant de parabola operatorum.
Matth. 20.

Argumentum Iouinianum.
Hieronymus.
Augustinus.
Matth. 20.

Contra hanc Catholicam doctrinam arguebat Iouinianus, ut colligitur ex Hieron. lib. illo 2. & August. lib. de sancta virginitate cap. 26. ex illa parabola, quæ Matth. 20. adduci videtur ad significandum æternæ beatitudinis præmium, de operariis videlicet, quibus paterfamilias æqualem sui laboris mercedem, vnius nempe denarii, persoluit; cum tamen non omnes æque in vinea laborassent: ex quo non modo probatur æqualem esse vitæ æternæ remunerationem, verum etiam merita huius vitæ æqualia esse, quantumvis vnus alio plus laborasse videatur: quandoquidem præmia meritis respondent. Hæc parabola multis quidem difficultas ad explicandum visa est, atque ipsi præsertim difficilius redditur, qui ea putant præmium æternæ vitæ significari. In qua quidem cum multa difficultas sint, in primis perobscurum est, quis nam fuerit scopus, & finis, quem Christus in ea proposuit, de quo etiam Doctores varie sentiunt.

Per denarium diurnum præmium beatitudinis intelligunt Patres.
Nazian.
Chrysost.
Hieronymus.
Augustinus.
Anselmus.
S. Thomas.
Sotus.

Communis satis Patrum sententia est, finem parabolæ esse æternæ beatitudinis præmium, quod denario illo diurno putant significari. Sic Nazian. orat. 40, quæ est in sanctum baptisma, & ibidem commentator illius Nicetas in ea verba, Verum dicit quispiam. Chrysost. homil. 65. in Mattheum. Hieron. 2. lib. contra Iouinian. satis ante finem, Aug. sermo. 59. de verbis domini, Anselmus in illum locum Matth. S. Th. 1. 2. q. 5. ar. 2. ad 1. Scotus in 4. d. 59. q. 3. 4. 2. atque recentiores Thomistæ, sed parabolam non omnes eodem modo interpretantur.

S. Thomas.
Sotus.

In primis ergo S. Th. & Sotus, alijque recentiores dicunt, vnicuique eo denario vnâ, & eandem essentiam Dei, quæ est idem prorsus obiectum beatitudinis in omnibus, denotari, non autem ipsam beatitudinem, quam Scholastici formalem appellant, operationem videlicet, qua Deum ipsum attingentes, efficiuntur Beati: hæc enim pro diuersitate meritorum, & laborum diuersa erit.

15
Prima interpretatio de beatitudine obiectiua non formali.

Huic tamen interpretationi obstat murmuratio, quæ inducitur in eadem parabola eorum, qui cum plus in vinea laborassent, existimabant se maiorem operis sui mercedem, quam alios accepturos esse. Namque in æternæ vitæ remuneratione nulla est futura murmuratio: & quantumvis opus non sit omnia, quæ in parabolis afferuntur, spiritualiter applicare: illud tamen, quo præcipue parabola spectat, siue applicatione relinqui non debet: id autem videtur esse, quod in æterna retributione ipsi, qui minus laborarunt, æqualem cum alijs mercedem acceperunt, ut fierent nouissimi æquales primis, quod sanè insolitum videtur. Quare licet in æterno Dei iudicio non sit futura bonorum murmuratio contra præmiorum distributionem; Christus

Refellitur.

tamen in ea parabola aliquid insolitum, & quod præter spem accidit, videtur nobis significasse. Nihil autem insolitum, & præter spem accideret, si in ipsa visione, qua futuri sumus beati, iuxta debitam meritorum proportionem, disparitas esset seruanda: etiam si eiusdem omnino essentia diuinæ futura esset.

Ideo Chrysost. Nazian. & Nicetas asserunt, per nouissimos, qui in vinea laborarunt, significari eos, qui in hac vita minus laborasse videntur, quod nouissimo tempore vitæ vocati, ad Deum essent conuersi: cum tamen reuera plusquam priores, aut æqualiter meriti fuerint. Fit enim interdum, ut aliquis temporis tarditatem sollicitudine, & diligentia compenset: & plusquam alij, qui primo vitæ suæ tempore virtuti studuerunt, apud Deum mereantur; & hoc etiam habet aliquid insolitum, ac proinde fini parabole optime quadrat. Ceterum contra hanc interpretationem ex ipsamet parabola argumentari possumus. Primum, si ea ita esset intelligenda, frustra induceretur murmuratio operatorum, qui primo fuerant vocati: facile enim posset conuinci, quod ipsi, qui nouissima hora ceperunt, plus, aut æqualiter laborassent, id quod reuera latere ipsos non potuit: cur ergo inducerentur dicentes, si nouissimi vna hora fecerunt, &c.

Secunda interpretatio.
Chrysost.
Nazian.
Nicetas.
16

Respondet Chrysost. non omnia, quæ in parabolis dicuntur, esse spiritualiter explicanda: quare nec per illam murmurationem operatorum vineæ significari contentionem aliquam bonorum in Dei iudicio futuram: sed contra hanc responsionem sunt manifestæ rationes.

Contra illum arguitur prima.

Primum, quamuis murmuratio quatenus mala, & iniusta, quæ in operarijs vineæ contigit, in æternæ beatitudinis distributione non sit futura, nec ea ratione parabola de beatitudine applicari: ea tamen manifeste indicat, in Dei iudicio futurum aliquid, quod præter omnium spem accideret. Eo enim tota parabola spectare videtur, ut aliquis dono Dei plus accipiat, quam ei iure debebatur: quod licet non sit causa futuræ murmurationis in Beatis, erit tamen admirationis, cui optima ratione satisfiet sicut paterfamilias querulis operarijs satisfecit. Hoc autem verum non esset, si nouissimi reuera plus laborassent, quamuis propter temporis breuitatem minus laborasse viderentur: quid enim mirum est, si ille, qui breuiori tempore plus laborauit, plus etiam accipiat præmij? Quod si admirationis solum ex ignorantia esset profecta, quod nouissimi existimarentur, minus in hac vita laborasse, ei, qui primus laborare cepit, non respondisset paterfamilias, Nonne ex denario conuenisti mecum: tolle, quod tuum est, & vade: volo autem, & huic dare sicut & tibi, an non licet mihi quod volo facere? sed ostenderet, nouissimos tarditatem temporis sollicitudine, & labore superasse: ergo cum primos conuincat, quod velit nouissimos ipsis gratis exæquare, sequitur non attendisse ad magnitudinem laboris, & meriti: ac proinde nouissimos non æque laborasse, ac primos, ut æqualem cum ipsis acciperent mercedem.

Refellitur primo.

17

Tum etiam si explicationem Nazian. & Chrysost. sequamur, sententia illa, quam Dominus ex parabola velut conclusionem colligit, Sic erunt nouissimi primi, hoc est electi & primi nouissimi, hoc est reprobi, non posset cum ipsa parabola coherere: quod enim aliqui hoc modo interpretantur, erunt nouissimi velut primi, & primi velut nouissimi, quia scilicet

Secundo Refellitur ita ratione interpretatio.

18